



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Vulnerans.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

jure procedit, si prior consuetudo non fuit contra, sed præter jus: nam illa condidit jus, cui posterior est contraria. Et huic opinioni standum est, quidquid contra afferat Palauſ tom. 1. tractat. 3. disput 3. §. 2. punct. 5. numer. 5. par. 6. tr. 5. resol. 27.

22. Consuetudo 40. annorum contra Regulam Religiosorum, si non sit contra ea quæ ad tria vota substantialia pertinent, sufficiens est, ut excusat ab observatione rei oppositæ per consuetudinum introductæ. Imò & decem annorum consuetudinem sufficere ad abrogandam legem dicit Pelliz. in Manual. Regul. 10. 2. tract. 4. c. 2. n. 3. cum Bonacina ab illo citato, & Palao tom. 2. disp. unit. punct. 4. num. 1. Idem admittit Suar. adhuc respectu legis canonice de leg. l. 7. c. 8. num. 9. & Less. lib. 2. dub. 4 cap. 6.

23. De consuetudinario per iuro, aut blasphemio, an teneantur consuetudinem in confessione explicare. Vide verbo Confessarius quoad examen. An teneantur acceptare aliquam pœnitentiam præservativam, vide v. Pœnitentiam n. 9.

## VV L N E R A N S.

Vulnerans:  
ad quid te-  
neatur?

Et quando-  
fit irregula-  
ris?

Et quid, si  
quis vulne-  
re unico  
vulnere in  
subita mul-  
torum rixa?

Vulnerans tenetur ad damna vulne-  
rato secura. Vide v. Refutat. à num.  
11. Et si secura est mutilatio, aut mors, fit  
irregularis. Vide v. Irregularitas ex homi-  
cidio, &c. mutilatione.

1. Unum hic nota, quod quando in  
subita rixa multi aliquem percutiunt,  
sed ille moritur uno tantum recepto vul-  
nere, soius ille fit irregularis, qui lethale  
vulnus infixit, si quidem certus est;  
reliqui vero non tenentur de homici-  
dio, sed solum de percussione. l. item Me-  
la, §. Sed si servum. ff. ad leg. Aquil. & Iſi-  
rix, ff. de fiscar. & Sayrus lib. 7. cap. 14. nu-  
m. 13. Quamvis Suarez in 3. p. tom. 5. disp. 45.  
sect. 3. n. 11. Probabilitetiam doceat,  
omnes irregulares fieri, de ho-  
micidio teneri. part. 1.

sp. 15. ref. 18.

## V X O R.

**Q**uoad matrimonium, impedimen-  
ta, copulam, & debitum. Vide  
verb. Matrimonium, Impedimenta, Copu-  
la, Debitum, & Tactus.

1. Nota hie primò contra Beiam part. Non peccat;  
1. eas. 8. nullum peccatum esse conjugi-  
ta, copulam habere post Communio-  
bendo in die nem eodem die: nam nullibi prohibitum  
Cōmunionis reperitur, nec ulla sit injuria Sacramen-  
to, dum species Sacramentales corruptæ  
sunt. Est autem dispar ratio de copula  
præcedente Communionem, de quadim  
ximus verb. Communionis, num. 56: nam  
abstinentia à copula requiritur tam  
quam dispositio ad receptionem Cor-  
poris Christi. Reginald. tom. 2. lib. 29.  
c. 7. quest. 7. numer. 117. part. 6. tract. 6.  
resol. 14.

2. Nota secundò, conjugem non te-  
neri debitum reddere cum notabili cor-  
poralis salutis detrimento, etiamsi in  
conjugi adsit periculum incontinentiae.  
Nam nec conjux est prælatus, qui pro-  
priam salutem corpoream spirituali  
alterius postponere debeat: nec periculum  
incontinentiae illum inevitabiliter ur-  
get, cum aliis mediis præverti possit.  
Maior in 4. dis. 32. q. 1. argum. 1. controv.  
3. concl. contra Gabi. ibid. art. 2. part. 6. tr.  
7. ref. 64.

3. Nota tertio, secundum Fagundez. Aut viro a-  
in doc. tom. 2. lib. 6. cap. 4. num. 50: non esse  
necessariò reddendum debitum conjugi  
amenti, ebrio, aut furioso, dum tales  
sunt; etiam si periculum sit effundendi fo-  
ras semen dum sanè menti restituantur.  
Idque ob insigentem molestiam: nec enim  
cum intento in commodo solvendum est  
illud debitum, quod in eo casu est solius  
charitatis; ad vitandum peccatum alte-  
rius, lib. 4. §. Sed hic obiter. Quid, si vir in Aut coeunti  
fine copulae membrum foras extrahit, & cum peccato  
semen emittit? potestne conjux ab hoc mortali-  
dissentis, debitum reddere? Pontius  
affirmat: Banny novissime part. 1. tract.  
12. quest. 4. negat, & cum ipso sen-  
tientia 3. sentiunt.